



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

432. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio Chalcedonensi.*

Concil. Chal-

cedon. c. 11.

Burchard. lib.

2. c. 143.

CCCC XXVIII. Omnes pauperes & indigentes ecclesiastico auxilio , cùm proficiuntur , cum probatione epistolij vel ecclesiasticis pacificis tantummodo commendare decrevimus , & non commendatitiis litteris, propterea quòd commendatitias litteras honoratoribus tantummodo personis præstant conveniat.

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*

Conc. Agath.

c. 18.

Lib. 6. Capi-

tular. c. 130.

& lib. 7. c. 195.

Burchard. lib.

2. c. 142.

CCCC XXIX. Clerico sine commen- datitiis epistolis Episcopi sui licentia non pa- tular. teat evagandi. In monachis quoque præsentis sententiæ forma servetur.

De eadem re. *Ex canonibus Apostolorum,*

Can. Aposto-

lor. c. 34.

CCCC XXX. Nullus Episcoporum peregrinorum , Presbyterorum , aut Diaconorum sine commendatitiis suscipiatur epistolis ; & cùm scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur.

De eadem re. *Ex Concilio Sardicensi.*

Concil. Sar-

dic. c. 18.

CCCC XXXI. Januarius Episcopus di- xit : Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli Episcopo liceat alterius Episcopi civitatis ministerium ecclesiasticum sollicitare & in suis parrœchiis ordinare.

Vnde suprà.

Concil. Sar-

dic. c. 19.

CCCC XXXII. Osius Episcopus dixit: Et hoc universi constituimus , ut quicunque ex alia

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 193
alia parrœchia voluerit alienum ministrum si-
ne consensu Episcopi ipsius & voluntate ordi-
nare , non sit rata ordinatio ejus.

De eadem re. *Ex Concilio Laodicensi.*

CCCCXXXIII. Quod non oporteat
sacerdotem vel Clericum sine litteris profici-
ci canonicis.

Concil. Lao-
dic. c. 41.
Lib. 7. Capi-
tular. c. 59.
Burchard. lib.
z. c. 45.

De eadem re. *Ex Concilio Meldensi*
cap. I.

CCCCXXXIV. Ut Presbyteri vel
quilibet Clerici in alterius parrœchiam sine
formata non recipientur , neque retineantur,
nec etiam ministrare finantur. Criminati au-
tem ab omnibus excludantur & eiciantur à
parrœchiis in quibus delitescunt , usque quo
ad eum revertantur Episcopum à quo aufugis-
senoscuntur.

Consentient in hoc capite editio Helmasta-
dienensis & codex MS. Parisiensis. In vulga-
tis tamen editionibus Concilii Meldensis ita
legitur : & rejiciantur à parochiis in quibus
cupiunt immorari , usque quo &c. Habemus
autem nos vetustum codicem MS. in quo des-
cripti sunt canones istius synodi Meldensis ,
in quo locus iste sicut habet : & eiciantur à par-
rochiis in quibus cupiunt immorari &c.

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*

CCCCXXXV. Qui cum senioribus suis
de aliis provinciis ad nostras provincias ve-
niunt sine formata , ministrare non permittan-
tur : quam et si attulerint , & ministrare idonei

Concil. Meld.
c. 51.
Burchard. lib.
z. c. 144.

N